

ipsam decernatis penitus nullam esse, reducentes in statum pristinum, si quid attemp-
tatum est contra ipsam. Alioquin eadem sententia | iuxta formam ecclesie relaxata
causam convocatis partibus audiatis et eam, si de partium voluntate processerit, sublato
appellationis obstaculo fine canonico terminetis vel ipsam sufficienter instructam ad
nostrum remittatis | examen, prefigentes partibus terminum competentem, quo nostro
se conspectui representent sententiam dante domino recepture. Quod si non omnes
hiis exequendis potueritis interesse, tu frater episcopo cum eorum altero ea nichilomi-
nus | exequareis. Dat. Laterani VIII kal. februarii pontificatus nostri anno tertio decimo.
(B. D.)

38.

***Bischof Bruno II. von Meißen beurkundet, daß der Ritter Heinrich von Streh-
la auf die Güter, welche die „Alte Zelle“ genannt werden, zugunsten des Klo-
sters Altzelle verzichtet hat.***

1211 März 14

*Original: Dresden, SächsHStA, OU. 174 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienser-
kloster — Pergament: 27,0–27,6 cm breit, 33,2–33,8 cm hoch, Plica 4,0–4,4 cm — Be-
sieglung: SP. Bischof Brunos II. von Meißen (Rand teilweise beschädigt) an roten Sei-
denfäden; spitzoval, 5,5 cm breit, 7,5 cm hoch (Mielecki, Siegel, S. 194; CDS II, Bd. 1,
Taf. 1/8 = Rittenbach/Seifert, Bischöfe von Meißen, Taf. nach S. 80; Seyler, Siegel, S. 40,
Fig. 4; Lehmann, UB Kloster Dobrilugk, S. 14 f., Nr. 13).*

Edition: Zehmen, Urk. I, S. 208 f., Nr. VI aus A.

*Regest: Beyer, Altzelle, S. 525 f., Nr. 35 — Hausen, Vasallen-Geschlechter, S. 492 —
CDS I/A, Bd. 3, S. 123, Nr. 157 — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 87, Nr. 195.*

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. BRŪNO DEI GRATIA MISNEN-
SIS ECCLESIE EPISCOPUS.^{a)} | Officii nostri debitum nos invitat, ut ecclesiarum profectus,
qui nostris temporibus promoventur, propter maliciam futurorum | litterarum testimo-
nio commendemus. Innotescat itaque tam presentibus quam futuris, quod existentibus
nobis in Cella | sancte Marie Henricus de Ztrele vir nobilis eiusdem monasterii fratri-
bus convocatis dixit se longo tempore | eidem loco non multum benivolum extitisse.
Sed quia frater suus et alii amici sui quam plures sepulturam | ibidem ecclesiasticam
receperunt, ut cuilibet in bonis illis, que Misnenses episcopi contulerunt, que Antiqua
Cella | dicitur, et eius attinentiis subtraheretur occasio malignandi, eis divine retribu-
tionis intuitu omni|no renunciavit nobis presentibus seque eorum orationibus attentius
commendavit. Nos autem presentem | paginam conscriptam sigilli nostri munimine
iussimus roborari, ne aliquis heredum militis supradicti | predictum possit super his
monasterium molestare, excommunicationis vinculo innodantes | omnem, qui huic

38. a) Zeile 1 vermutlich von zweiter Hand mit derselben Tinte und einer dünneren Feder mündiert; das
letzte Viertel der Zeile ist nicht ausgefüllt A (nach Ludwig, Urkunden der Bischöfe v. Meißen, S. 57
[U 40] hingegen unterscheidet sich die hier verwendete Tinte von der des nachfolgenden Textes).